



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Colymbae Colvm. Ex Philone, de temulentia. Descriptio LXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Item ex Tertulliano.

Tertul. l. de
pallio Cata-
clista vestes
de pressorio
splendentes.
Tunica pa-
tagiata an-
teclausura.

Quamquam & Paus pluma vestis, & quidem de cataclistis, in omni conchylio depressior, qua colla florent, & omni patagio auratior, qua terga fulgent, & omni symate solutior, qua caudae iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, numquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa, quando alia, toties denique mutanda, quoties mouenda.

L V S C I N I A.

Descriptio L X V.

Lusciniam, auditores, vnam ex auribus maximè solent ij, qui naturas animalium scribunt, admirari, quod in tam paruo corpusculo tam clara, tam suavis, tam magna, tam iucunda vox inueniatur: quod verno tempore, cum frondescere arbores incipiunt, diel us, ac noctibus perpetuis sine vlla intermissione canere soleat, vnde enim in auicula tam pertinax spiritus: vnde vis illa continenda animæ, in canendo tanta, & vna continuatione cantionis vni contentiones vocis, & remissiones contineantur: vnde tam artificiosa, tamque perfecta musica: scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribus sonus, qui modò in longum, continuo spiritu trahitur, modò summa quadam cum varietate fleatur, nunc concisa voce distingua-

tur, nunc intorta copuletur? Quid cum iterum vocem reuocat, ex integra comprehensione cantum edit? quid cum modulos, nec inopinato, de repenteque commutat? quid cum ipsa secum iucunda, & tacita murmurat? nulla meherculè tam abstrusa, tam difficilis est canio, quam non exprimat lusciniæ, plenam, grauem, acutam, crebram, extentam, summam, mediam, imam: Quid plurà? Iam paruulis in faucibus omnia, qua tanto labore, tanta industria, tanto studio, tot inuentis instrumentis genera cantionum ars hominum excogitauit, integra, atque perfecta reperiuntur.

Vide Gesnerum in Lusciniæ.

Adde quæ habet Plinius lib. 10. c. 39.

Primum tanta vox, tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta Musica scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis cibiarum tormentis ars hominum excogitauit.

C O L V M B A E C O L L V M.

Ex Philone, de temulentia.

Descriptio L X V I.

Τὸν ἀρχαῖον ἢ περιστερῶς ἐν ἑλιακῶς ἀργαῖς, οὐ κατενόησε μορίας χρωμάτων ἀλλὰ ἴσθηται ἰδίως, ἢ οὐχὶ φοινικῶν καὶ κωνιδίων, πυραυρῶν τε καὶ ἀνθρακοειδῶς, ἐπιζῶντων, καὶ ἐξ ἄλλων πάντων ἀπαύσχει χρωματῶν οὐδὲ τὰς κλήσεις ῥαδίων ἀπομνημονεύσας.

Vidisti aliquando columbae ceruicem radijs solis expositam, quam multis modis colores variet, puniceum, ceruleum, igneum, & carbunculi speciem referentem, pallidum itam, & rubicundum, & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidem memorare sit facile.

HIRVN.